



8/
16
XIX
1107
26

GEORG. ENGELBRECHT
JCTI
COMMENTATIO
DE
JURE
SALINARVM

VVLGO:

Sülzen, Salz- Wercken.



EDITIO NOVISSIMA.

————— (5½) —————

HELMSTADII
EX OFFICINA SCHNORRIANA.
MDCCLI.

10

1711

AM 1711

HEILIGEN





I. N. D. N. I. C.

DISSERTATIONIS
DE

JVRE SALINARVM.

SECTIO PRIMA

DE

NATVRA ET ORIGINE SALIS ET
SALINARVM IN GENERE.

SVMMARIA.

- | | |
|---------------------------------------|--------------------------------------|
| §. 1. Deus ex justissima ratione vi- | cipe Germania indagatur. |
| tae nostrae bona per vastissimum ter- | §. 4. De Praesantia Salis. |
| rarum ambitum dispensavit. | §. 5. De variis Salium differentiis |
| §. 2. Vocabula Salis & Salinarum | remissive agitur. |
| explicantur. | §. 6. Indigitantur fontes, unde con- |
| §. 3. Origo Salis & Salinarum pra- | troverſa salinarum decidenda. |

I.

Non minus ex lumine rectae rationis, quam Sacri Codicis revelatione elucescit, mundum & omnia quibus is constat, quaeque ille pro-gignent, hominum gratia esse producta, eorumque usibus dicata. Equidem non omnis fert omnia tellus, atque

(A) 2

bic

hic segetes, illic veniunt felicius uva.

Neque tamen a sapientissimo hujus universi conditore absque singulari ratione, sed provida potius cura vitæ nostræ bona per vastissimum terrarum ambitum distributa esse, temere censi debet. Venuste Sophista Libanius christianæ religioni admodum infensus, orator tamen gravis ac vehemens vertente Grotio (a) *Deus, inquit, non omnia omnibus terræ partibus concessit, sed per regiones dona sua distribuit, quo homines alii aliorum indigentes ope societatem colerent.* Gemina his habet L. A. Seneca. (b) *Ista in regiones descripta sunt, ut necessarium mortalibus esset inter ipsos commercium, si invicem alius ab alio aliquid peteret.* Quod cum in aliis rebus omnibus, quibus vita nostra indiget, conspicere est; tum præcipue sale necessario illo naturæ condimento.

II.

De Jure Salinarum igitur pro ingenii tenuitate dissertatione academica acturus initium tractationis haud incongrue facere videor ab aliquali explicatione vocabuli salis, & salinarum; cum quid vox *Juris* hic denotet, facile appareat, quotuplici vero modo accipiatur, ubivis obvium sit. (c) Unde igitur *salis* nomen descendat, ea de re non una est criticorum conjectura. (d) Ex his non contemnenda mihi videtur eorum sententia,

(a) *De Jure Belli ac Pac. L. II. c. 2. §. 13.*

(b) *Epist. 37.*

(c) *L. pen. §. ult. ff. de I. & I. Grot. de I. B. & P. L. I. C. I. §. 3. & ff. ibique Ziegler & Tesmarus. add. Maurit. de Princ. Jur. Publ. c. 1. §. 2. & ff.*

(d) v. *Isidori Origin. Lib. XVI. c. 2. inter Autores Latine lingue a Dionysio Gothofredo notis illustratos. p. m. 1208.*

tia, qui falis nomen latinum & germanicum Saltz derivant a græco ἅλς, ἅλς. Id vero ab ἡ ἅλς mare, quia fal fit ex marinis aquis ipsa vi naturæ & arte, vel mare ipsum natura fit falsum (e) unde & fal pro mari Poetæ usurpare amant. (f) Uti vero notissimi illi significatus, quibus fal quoque nunc pro sapientia & urbanitate, nunc pro sermonis lepore, aliarumque rerum venustate atque elegantia fumitur, non sunt hujus loci; ita per salinam a melioris ævi latini scriptoribus, & in jure Romano intelligi locum, ubi fal coquitur germanice: Eine Sülze / Saltz-Werck / Saltz-Grube / Saltz-Brunne / facile apparet. (g) Illud tamen hic sicco non prætereundum pede, quod oppida illa, quæ a Sale nomen acceperunt, Halæ dici soleant, ut *Halæ Saxonum*, *Halæ Tirolensium*, *Halæ Austriorum*, *Halæ Suevorum* &c. (h) Cujus denominationis rationem a græca, vel etiam veteri germanica voce, quæ salinas designat, repetit Barthius. (i) Salam quoque fluvium a sale nomen suum trahere contendit Philippus Cluverus. (k)

III.

Quandoquidem procul dubio fal cum reliquis metallis atque mineralibus sub ipsa mundi incunabula
(A) 3 ab

(e) v. Martini Matthiæ *Lexicon Etymologicum hac voc.*

(f) Virgil. i. *Æneid. Spumas Salis ære ruebant.*

(g) L. i. ff. *Quod cujusque univ. nom. l. 8. §. 8. ff. de Pæn. l. 6. ff. de Captiv. & postlim.*

(h) v. Dreßlerus P. V. *Isagog. p. 196. & Contin. p. 85. Martin. Zeilerus in Itin. German. p. 144.*

(i) in *Adversar. l. 42. c. 8. add. Goropius Becanus in Hyperboreis laud. a Godoff. Oleario Halographiæ P. 1. C. 1.*

(k) *Germ. Antiq. L. III. c. 49. add. Lipsius ad Cornel. Tacit. Germ. Antiq. c. XXVIII.*

ab omnipotente Creatore in terræ visceribus reconditum, ejusdemque usus una cum ipso genere humano invaluit, supervacaneum mihi videtur eorum studium, qui in origine ejusdem inquirenda defudarunt, Polydorus Virgilius (l) Meursius (m) Athanasius Kircherus. (n) Neque etiam hic multis indagabimus, utrum loca S. Scripturæ salis mentionem facientia sint intelligenda de nostro sale, an vero potius de bitumine, uti volunt linguæ S. intelligentes. (o) De Salinarum vero Germanicarum ac cumprimis Saxonicarum antiquitate, historiarum monumenta dubitare nos non sinunt. Audiamus Cornelium Tacitum immortaliter de antiquitate Germaniæ meritum scriptorum. (p) *Eadem æstate inter Hermunduros, Catosque certatum magno prælio, dum flumen gignendo sale fecundum, & conterminum vi trahunt; super libidinem cuncta armis agendi, religione instata, eos maxime locos propinquare cælo, precesque mortalium a Deis nusquam propius audiri. Inde indulgentia Numinum illo in amne, illisque sylvis salem provenire, non ut alias apud gentes eluvie maris, arescente unda, sed super ardentem arborum struem fusa, contrariis inter se elementis, igne & aquis concretum. Sed bellum Hermunduris prosperum, Catiis exitio fuit.* Add. Plinius (q) & M. Varro (r) de antiquissima his in oris salis parandi ratione testes locu-

-
- (l) De Rer. Invent. L. III. c. V.
 (m) ad Lycoph. p. 131.
 (n) Mund. Subterr. L. VI. Sect. I. c. IV.
 (o) Conf. Cl. Joh. Clerici Diss. de Statua Salis append. loc. Comment. in Genes. p. 317. subjuncta. Et ejusd. Comment. ad Levit. c. II. v. 13. & Numer. c. XVIII. v. 19.
 (p) Annal. XIII. c. 57.
 (q) Histor. Natural. L. XXXI. c. VI.
 (r) L. I. de Re Rustic. C. VIII.

locupletes. Quod vero attinet originem celebratissimarum per terrarum orbem Salinarum civitatis Lunæburgensis, patriæ meæ dulcissimæ; sunt, qui Carolum M. Witekindo ad Christianam religionem converso has ipsas una cum provinciis hujus tractus donasse arbitrantur. Enimvero cum donatio hæc non nisi fallacibus conjecturis nitatur, haud immerito rejicitur a B. Sagittario *de Origine & Incrementis Sulciæ Luneb.* §. 5. Alii sub Ottone, magno Saxonæ Duce, hos salis fontes erupisse volunt. Vid. B. noster Meibomius in *calce Bardovicensis* historiæ. Auctor *Typographiæ Brunsvico-Luneb.* Quod ipsum, licet incorruptæ fidei scriptoris vetusto testimonio non fuerit probatum, attamen, nisi antiquitas harum Salinarum major, magis vero consentaneum, quam quod Hermannus Bothe in *Chronico MSto* scribat: Eo emerfisse tempore, quo in Rammelsbergo prope Goslarium venæ argenti fertiles fuerint apertæ. Refertur enim hoc in probatissimis mediæ ævi monumentis ad tempora Ottonis I. Imper. (s) Jam vero illa tempestate salinas has non primum detectas fuisse, sed jam tum lætissime floruisse vel ex inde facile colligitur, quod hic ipse Otto M. Vestigal salinarum monasterio S. Michaelis donaverit. *Chronicon Saxonicum* Anno Domini 969. Gaff Kaysers Otto dem Kloster S. Michaelis enen Tollen von der Sülten/ und Gaff daröver siene Handfeste add. B. Sagittarius *cit. Diss.* §. 10. Quæ species vestigalis licet oppido exigua, & ne

(s) v. Witechindus Saxo Monachus Corbejenfis *Chronic.* pag. 32. Dittmarus Mersburg. *Chronic.* L. II. p. 24. edit. Maderian. & plures alii laudati in Dissertatione de *Judiciis Metall.* sub Præsidio Domini Præsidis habita c. I. §. 5.

ne centesimam quidem partem salis pretii attingat, dicto monasterio & adhuc hodie persolvitur. Præterea communis in patria circumfertur fabula quasi porcus inveniendis salinis Lunæburgensibus ansam dederit; quando scilicet in saluginosa palude voluntatus ab æstu solis fetas retulerit a sale candicantes. Hanc autem aliquid e vero trahere, argumento est sceleton porci in cella quadam curiæ patriæ, vulgo die Rathsküche dicta, suspensum per tot seculorum decursum non mirum, quin detritum ac laceratum. Neque tamen hæc ad veterem Sulciam sed ad novam illam venam retulerim, quæ sub Johanne Ottonis cognomine Pueri filio circa anno 1269. reperta teste Chronico Jacobi Schomackeri de Born up der Nyen Sülten van anno 1269. by Hartogen Johans Syden erfunden und angefangen. De origine Salinarum Hallensium videri potest Brotuffs Merseburg. und Hällisch. Chronica. (t)

IV.

Indicata pro instituti ratione origine salinarum minime necessarium esse reor, de præstantia, utilitate, atque necessitate salis hic multis præfari. Dignum tamen est Athanasii Kircheri sagacissimi illius naturæ indagatoris iudicium (u) quod hic apponatur: *Sal est centrale corpus naturæ, virtus, vigor, & robur terræ, omnium virtutum terrestrium compendium, omnium prin-*

(t) Add. Fabricius *Rev. Saxon. Memorabil.* L. I. Pirkheimerus in *Locor. German. Explic.* p. 209. Albinus in *der Meißnif. Chron.* Tom. III. f. 41. Spangenberg. in *der Sächf. Chronic.* C. XXXIX. f. 55. & ex his Gottfridus Olearius *Halygraphie* p. 1. C. 4.
 (u) *Mund. Subterr.* T. I. L. VI. Sect. I.

principiorum naturæ subiectum, a cuius essentia centrali totius naturæ scientia & absoluta cognitio dependet, materia ex qua omnia constituuntur, et tandem in idem destructa resolvuntur. Primum & ultimum a & ω miscibilem corporum, puteus naturæ, & res prope divina, uti Homerus testatur: divino sale conspersit. De nobilitate Salis Lunæburgensis habemus exitium omnique exceptione majorem testem Olaus Wormium (w) dicentem: Ex iis, quibus nos utimur (scil. salibus, quæ ipsi generis masculini sunt) PRIMAS tenet Lunæburgicus &c. (x) Quin & ad ejusdem puritatem & præstantiam commendandam illud omnino facere videtur, quod hæc salina Lunæb. adeo fecunda, & præ ceteris benedicta fit, ut nec ulla accessione materiæ coagulationem promoventis, nec jactu, nec exhalationibus &c. indigeat, sed pura & sola aqua salinaris, igni commissa brevi tempore in purissimum atque saluberrimum sal coaguletur, & resolvatur, cum alibi sanguis &c. nisi addatur, coagulatio vel nulla, vel tarda expectetur. Quo adeo sale sanguinis usum prohiberem esse censentes (y) ne quidem tuto vesci possunt.

V.

Neque etiam de varis salium differentiis à laudato Kirchnero (z) notatis hic agendi locus, quibus aliud est

(B)

natu-

(w) in Museo L. I. Sect. I. cap. VII. p. 20. pr.

(x) Plura encomia vide sis apud Georgium Agricolum subterraneæ omnium rei callentissimum scriptorem L. III. de Natura Fossilium & c. historicis Albertum Kranzium Vandaliæ L. XII. c. 12. Dav. Chytraum Saxonia L. XIII. Petrum Albinum in Chronico Misnensi Metall. it. Matthæum Dresserum de Præcip. German. urbib.

(y) v. Thom. Bartholinus & Stephan. Curcellæus Trr. de Sanguine vitæ.

(z) Mund. Subterr. c. IV.

naturale, aliud artificiale, atque illud iterum dispesci solet vel ratione loci, in marinum, terrestre, lacustre, fluviatile, fontanum, arenarium; vel ratione virium in molle, & durum; vel ratione colorum, in album, flavum, rubrum, & nigrum. Hoc vero & artificiale conficitur vel coctione, vel exsiccatione, vel incineratione; Ad quæ factitia Salia quoque pertinet illa species, quæ vulgo reformata sive Raffinitet oder refinirtes Saltz vocatur, eaque reformatio fit, sal marinum Hispanicum, Gallicum affusa aqua dissolvendo, dissolutam materiam denuo coquendo, donec novum sal concreverit. Sed de Jure Salinarum disquisiturus hujus rei omnis accuratiorem inspectionem naturalis Philosophiæ cultorum scholis relinquo.

VI.

Priusquam tamen ad specialiora progrediar, genuini fontes, unde decisiones causarum salinarum hauriendæ, paucis indigitandi. Quemadmodum ergo metallifodinarum certa prostant statuta, & ordinationes Germ. die Berg-Ordnungen (aa) ita quoque salinarum variæ leges & statuta passim supersunt, Germ. die Saltz-Ordnungen / Beute-Ordnungen / Pfänder-Ordnungen / quibus sancitur, ut in salinis ordine omnia gerantur, fraudulentæ salurgorum actiones puniantur, neque minus publica utilitas, quam salinatorum commoda promoveantur. (bb) In decidendis igitur causis salinariis ante omnia ad has ordinationes sive illæ scri-
pto,

(aa) vid. Dn. Præses in Diss. supr. cit. *de Judic. Metall. c. IV. §. 1.*

(bb) uti die Erneuerte Pfänder-Ordn. der Stadt Halle, it. die Franckens-
hausische Saltz-D. it. privil. und statuta des Saltzwercks zu Salsungen
ap. Fritsch. *de Regal. Salinarum Jure P. II. add. infra Sect. II. §. 8.*

pto, five sine scripto constent, atque privilegia Imperatorum & Principum respiciendum. (cc) Qua vero parte deficiunt, proxima judicandi norma consistit in reliquis constitutionibus provincialibus, & si nec inibi casus decifus, in jure communi. (dd)



SECTIO SECVNDA

DE

REGALI PRINCIPVM IVRE
CIRCA SALINAS.

SVMMARIA.

- | | |
|--|--|
| §. 1. De varia significatione vocis regalium, descriptione, & divisione in maiora, & minora. | gale in sua plenitudine spectatum potestatum (I) propria impensa instituendi salinas, atque exercitium hujus rei aliis concedendi. |
| §. 2. De Salinarum Conditione apud Romanos. | §. 7. (II) Constituendi praefectos salinarios & judicia. |
| §. 3. In Imperio Romano-Germanico Imperatores olim jus salinarum sibi vindicarunt. | §. 8. (III) Condendi Leges & ordinationes salinarias. |
| §. 4. Successu temporis hoc jus statibus Imperii communicatum. | §. 9. De Monopolio salis agitur, & nobile privilegio Imp. Sigismundi salinis Luneburgensibus concessio haec res illustratur. |
| §. 5. Non solum quoad vectigal salinarum, sed & quoad ipsas salinas. | |
| §. 6. Complecti Jus Salinarum re- | |

(B) 2

I. Quan-

(cc) Henning Gæden *Conf. I. n. 10. Sixtin de Regal. L. II. C. 19. n. 18.*

Dn. de Lyncker *Respons. IX. n. 40. 41. ff.*

(dd) vid. Peregrinus II. *Conf. V. n. 7. Bursat. Conf. 189. Klock. I. Conf. 20. n. 120. ff. it. Hartwig a Dassel ad statut. Luneb. c. V. Proem. n. 36. Dn. de Wizendorf Diff. sub Praefidio Lynckeriano habita de statut. Civit. Provinc. Part. Comm. n. 14.*

Quandoquidem argumentum de Regalibus eruditi vulgo magis ex usu rerum præsentium, quam ex vero exsequuntur, indeque ipsa vox multiplici, ambiguaque Jctorum sequioris ævi interpretatione misere contorta varie admodum & vage a DD. usurpatur; antequam ipsum jus regale Principum circa falinas aggrediar, quid sint regalia, & quomodo jus regale a nobis accipiatur, ad evitandam confusionem, paucis hic inquisivisse juvabit. Quod igitur originem vocis attinet, non demum post Henricum V. Imper. uti Lehmannus (a) opinatur, invaluit, sed jam diu ante in diplomatis occurrit, & primum quidem Imperatorii fisci jura ut plurimum significavit, deinceps vero ad omnia jura, quibus Reges pollent producta (b) & a Germanis territorii juribus applicata fuit. (c) Indeque hodie vel late, vel stricte accipitur. In latiori sensu significant regalia (I) jura summæ in Republ. Potestatis, seu jura Majestatis, adeoque in nostro Imperio hoc sensu jura Regis s. Imperatoris tum reservata, tum communia Cæsaris & Imperii. (d) (II) Designantur hoc nomine in Imperio nostro jura superioritatis territorialis summæ potestatis æmulæ

(a) L. II. Chron. Spirens. c. 35. Vadian. L. 1. de Monast. p. 20. Benjamin Leuber. Magdeb. Stapel Unfug. n. 613.

(b) v. Lindenbrog. & du Fresne in Glossar. b. voc. Charta Henrici IV. Regis A. MLXII. ap. Joh. Mabillienium Tom. IV. Analect. p. 275.

(c) Dr. ab Eyben in Elect. feud. c. X. §. 8. Dn. Hert. de Superior. territor. §. 8.

(d) v. Boecler. ad Grotii L. 1. c. 3. p. 221. Dn. Schweder I. P. Part. spec. sect. I. c. IV. §. 4.

mulæ (e) ex quibus partibus eadem tanquam totum potestativum constat; Insignita quoque hæc non raro seculo inprimis duodecimo & tertiodecimo justitiarum nomine (f) imo nonnunquam voce Germ. Herrschkeiten / licet alias vocabula illa Regalien und Herrschkeiten / in investituris non semper synonymice poni, facile constet. (g) (III) Solet quoque vox regalium abusive plane sumi pro juribus singularibus, quæ superioritate territoriali haud perfrientibus, imo privatis quoque tribuuntur. (h) In stricto sensu vox regalium significat jura & redditus fisci (i) quæ jura in regno Italico præter alios Cæsares inprimis acriter sibi asseruit Fridericus Imp. lata ea de re constitutione, quæ ex parte consuetudinibus feudalibus inserta est. *cap. un. Que sint regalia II. Feud. 56.* Ut nihil dicam de specialissimo illo significato, quo ecclesiæ alicujus seu Episcopatus fructus, & res post mortem Episcopi ad regium fiscum pertinent, usque dum alius Episcopus constitutus. (k) Quibus quoad ambiguitatem vocis præmissis describimus regalia, quod

(B) 3

(e) R. I. August. de anno 1548. §. penult. I. P. O. art. 8. §. 1. Capitul. Leopold. & Iosephi §. 3. & 18.

(f) v. *Diplomata hanc in rem producta* a Dn. Hert. cit. loc.

(g) v. Paurmeisserus de *Iurid. L. I. c. IV. n. 18.* & *Iter de Feud. Imp. c. VIII. §. 4.*

(h) Dn. ab Eyben *Diff. de Regal. Privatior.* Wehner. *Obj. Pract. voc. Herrschkeiten.*

(i) Conf. Heideri *Discurs. von Reichs Vogteyen p. 11. ibi die Keyserliche Güter, regalia &c.* und andere Cammer-Gefälle u. die residenden Keyserl. Güter, *regalia* und Gefälle illustr. Hugo de *statu Regior. c. III. §. 29.*

(k) vid. de Larroque *Trait. de la Regale P. de Marca de Concord. Sacerdot. & Imp. L. VIII. C. 19. n. 18.* Osiander in *Diff. de Jure Regal. C. I. n. 2.* Baieri *Jus Tertii in Causa Regal. C. I. §. 56.*

quod sint jura ei, qui summa vel analoga potestate pol-
 let, ac cui ille vel expresse, vel tacite eadem concessit,
 competentia ad salutem & decus Reipubl. (l) Neque
 aliud per jus Regale Principum circa salinas hic intelli-
 gimus, quam partem summæ vel analogæ potestatis,
 seu superioritatis territorialis. Cum vero regalia vulgo
 in majora & minora dividi soleant; equidem negari
 nequit, si subtilius hæc divisio excutiatur, non deesse,
 quæ eidem possint opponi. (m) Interim sicuti eadem
 sobrie explicata facile admitti, ita hoc nostrum Jus Prin-
 cipum circa salinas regalibus minoribus adscribi po-
 terit. (n)

II.

Jure Romano salinarum conditio non unius fuit
 generis. Aliæ enim erant publicæ (o) in quas scemine,
 sicuti viri in metalla, vel opus metallorum, damna-
 bantur; (p) aliæ privatæ, (q) ex quibus tamen vectig-
 al aliquando exactum fuisse, observat Sixtinus. (r)
 Publicæ Salinæ certis personis locatæ fuere, sine qui-
 bus si sal emebatur, & vendebatur, cadebat in com-
 missum,

-
- (l) v. Sixtin. *de Regal. L. 1. c. 1. n. 14.* Mauritius *Positio. Jur. Feud. Dec. VI. §. 1.*
 (m) v. Boccr. *de Regal. II. n. 3. & 4.* add. Boccler. *ad H. Grot. de I. B. & P. L. I. c. III. p. m. 221.*
 (n) Knichen *de Saxon. non provocand. jure c. V. voc. Berg und Saltzwerck n. 140. & ff. Pruckman. vol. I. Conf. XVII. n. 8.* Du. Hert. *de Su-per. territ. §. 9. & 46.*
 (o) *L. 6. ff. de captiv. & posslim. L. 5. §. 8. ff. de Pæn. L. 11. C. de Vectig.*
 (p) *L. 8. §. 6. 7. ff. de Pæn. L. 5. §. fin. ff. de Extraord. Cognit. Liegl. de Jur. Majest. L. 11. c. 19. §. 8.*
 (q) *L. 5. pr. ff. de Reb. cor. qui sub tut. L. 32. §. 3. de V. & usufr. leg. L. 4. §. 7. de Censib. L. 3. Cod. Theod. de Collat. Donat. ibique Godofredus it. Symmachus L. IX. Ep. 96. & L. X. Ep. 58.*
 (r) *De Regal. L. 11. c. 19. §. 4.*

missum, & his mancipibus addicebatur cum pretio. (s) Mancipes autem ideo dicebantur quia sublata manu demonstrabant, se esse auctores emtionis. (t) Consuetudinibus feudorum Longobardicis jus salinarum quoque regalibus annumeratur celeberrimo *c. un. II. Feud. 56.* Quæ constitutio licet illa Jura Imperatoria solummodo referat, de quibus in Italia quæstio mota (u) attamen Germaniæ & reliquis regnis vulgo applicari solet. (w) An satis accurate, neque contra civilis disciplinæ scita, alii disputent.

III.

In Imperio Romano Germanico Imperatores, uti tot alia regalia minora, ita & jus salinarum sibi vindicaverunt. Quod enim Grotius de primævis rerum acquisitionibus observat: (x) *Si id, quod plerumque est respicimus, prius populi terras occuparunt, nec imperio tantum, sed & dominio, quam in privatos agri describerentur.* Et alibi: (y) *Interdum primæ acquisitiones a populo, aut populi capite ita factæ, ut non tantum imperium in quo inest illud eminens, sed ut privatum plerumque dominium generaliter primum populo, aut ejus capiti quereretur, atque deinde particulatim in privatos ita fieret distributio, ut tamen illorum dominium ab illo priori dominio penderet; illud*

(s) L. 11. C. de Vectigal.

(t) Cuiacius *add. L. 11. add. L. cit. 3. Cod. Theod. de Collat. Donatar. L. un. ejusd. Cod. de Mancip. thermarum it. L. un. de Mancip. ibique* laud. Jac. Godofr. *conf. Guidius de Mineral. L. 1. tit. 8.*

(u) v. Sigonius *L. VII. Histor. Ital. ad A. 973. & L. XII. ad A. 1157. Radevic. L. II. de Reb. gest. Frider. c. V. Gunther. Ligur. L. VIII.*

(w) Scipio Gentilis *de Regal. §. 182. Pruckman, vol. II. Conf. XXII. n. 31.*

(x) L. II. de I. B. & P. c. VIII. §. 9.

(y) L. II. c. III. §. 19. *ibique Tefmarus.*

illud præcipue ad Germaniam pertinere videtur. Suffragatur huic sententiæ illustri Taciti locus. (z) *Agri pro numero cultorum ab universis occupantur, quos mox inter se secundum dignationem partiuntur.* (aa) Unde cum Germania regnari cœpta, Reges & Imp. dominium, quod erat universitatis, jure suo retinuerunt, & introductis licet privatorum dominiis & possessionibus partem domini publici sibi statuique tuendo reservarunt. (bb)

IV.

Enimvero successu temporis jus regale salinarum una cum superioritate territoriali Statibus Imperii communicatum. De Electoribus textus est in *Aurea Bulla Cap. VIII. quod universi & singuli Principes Electores Ecclesiastici & Seculares, qui perpetuo fuerint, universas auri & argenti fodinas atque mineras stanni, cupri, plumbi, ferri, & alterius cujuscunque generis metalli, ac etiam salis, tam inventas, quam inveniendas imposterum quibuscunque temporibus in Principatibus, terris, dominiis, & pertinentiis suis tenere jure possint, & legitime possidere, cum omnibus juribus, nullo prorsus excepto, prout possunt, seu consueverunt talia possideri.* Qui ipse locus etiam de sale, quod e terra effoditur, & fossibile dicitur, solum loquatur; in fontibus tamen salinarum, deuen. *Saltbrunnen* / idem obtinere, extra dubium est. Aliis vero Principibus & Statibus Imperii par-

(z) *De moribus German. C. XXVI.*

(aa) add. *Annales Francorum Fuldenses Ann. 777.* Aimoinus I. *Histor. 12.* Gregor. Turonens. II. *Histor. 27.* Hincmarus in *vita B. Remigii* add. *Bodin. de Rep. L. II. c. 2.*

(bb) v. Schilter *Exercit. ad Pandect. XLV. §. 4.*

partim jam ante, partim vero postea hoc jus quaesitum, Memorabile hanc in rem Diploma Ottonis Imp. de A. DCCCCLX. (cc) quo urbem *Giwikanslein* cum *salugine* ejus, ceterasque urbes cum omnibus ad eas pertinentibus a- quis *salis & insulis* Archiepiscopo Magdeburgensi contu- lit. Ubi salinas Hallenses intelligi extra controversiam, (dd) Salinarum Lunæburgensium dominium una cum tota ditione ad Hermannum Billingum ejusque posteros translatum fuisse, observat Sagittarius. (ee) *Quin & Hen- ricum Leonem* in gratiam *fulciæ suæ Lunæburgensis* salinas *Oldensloensium* corrupisse, testatur *Helmoldus*, (ff) ejusque pronepotem *Johannem salinarum Lunæb.* flo- rem mirum in modum promovisse, *Krantzius*. (gg) Plura exempla hic conducere superfedemus, cum jus salina- rum ex communi accuratiorum Juris publ. Interpretum sententia ad regalia & superioritatem territorialem re- feratur. (hh) Hinc *Maximilianus Imperator* notante *Limnæo* (ii) pacto cum Ordinibus *Bohemiæ* A. 1574. inito salinas tam in suis quam aliorum fundis expresse sibi reservavit his verbis: *Was die Saltz-Bergwerke / es sey an Saltzsteinen oder Saltzbrunnen / anlanget / die wollen wir uns und unsern nachkommenden Köni- gen*

(C)

(cc) relatum a *Meibomio* inter *Diplomata Ottonis M. Rer. Germ. tom. 1. p. 745.* *Leubero Magdeb. Etapel-Insug n. 1187.* & plenius adhuc a *Sagittario in Antiquit. ArchiEp. Magdeb. 975.*

(dd) vid. *Heigius I. Qu. 14. n. 27. & ff.*

(ee) *Sæp. cit. Diss. de Orig. & Increm. Sulc. Lunæb. §. 11.*

(ff) *Presbyter. Bosovient. Chron. Slav. L. 1. c. 76. p. m. 171. edit. Bas- gert. add. Herm. Lerbeke in Chron. Comit. Schaumburg. p. 18.*

(gg) *Saxon. L. VIII. c. 27.*

(hh) v. *Vitriar. Instit. Jur. Publ. L. III. tit. 18. ibique Dn. Pfeffinger. add. Dn. Hert. Diss. de Sepior. terr. §. 46. Dn. Oekel de Prescript. Immemor. præfert. rer. domanial. L. VII. §. 13.*

(ii) *ad Aur. Bull. C. IX. §. 1. O. 17. n. 3.*

gen zu Böhmen / als ein hohes Königliches privilegirtes
Regal, in alle wege es sey auf unserm eigenen / oder
der Stände Gründen / zu unserm Selbst- Gebrauch /
Verleihung und Genieß frey vorbehalten / und aus-
gezogen haben.

V.

Interim mirificus hic occurrit dissensus Interpre-
tum, utrum ipsæ Salinæ ad regalia referantur, an vero
tantum vectigal salinarum. Sunt qui posteriori indis-
criminatim defendunt. (kk) Alii distinguunt inter
salinas in aliquo fundo privato & publico repertas: &
uti priori casu, proprietatem earum fundi dominis ad-
scribunt, ita posteriori, regalibus Principum. (ll) Alii
denique noviter repertas Salinas, quemadmodum mi-
neralia reliqua insigniora, regalibus vindicant. (mm)
Quæ controversia omnis inde originem traxisse vide-
tur, quod Jus Justinianeum a jure patrio non satis ac-
curate distinxerint DD. Quodsi enim ex jure civili
Romano quæstio decidenda foret: distinctioni illi an-
tea indicatæ inter salinas in fundo privato, & publico
detectas forsan subscribendum foret. (nn) Enimvero
cum, uti supra jam ostensum (oo) in causis salinariis,
ante omnia ad statuta & constitutiones speciales, leges
& consuetudines Imperii respiciendum, ex his ipsis sa-
linas

(kk) Afflictus in Cap. *Quæ sint regalia* Decius *Conf.* 291. *Ruin. Conf.* 90.
n. 14. & plures alii adduct. a Klockio *de Aerario* L. II. c. 9. n. 18.
(ll) Franc. Marci P. II. *Dec.* 39. Sixtin. *de Regal.* c. 19. n. 12. Schütz *de Statu*
Rei Rom. Vol. I. *Exerc.* VI. *lib.* 19. *lit.* i. Limæus *ad A. B. c.* IX. §. 1. O. 17.
(mm) Sixtin. *de Regal.* c. III. n. 166. Rumelin. *ad A. B. P.* I. *Diff.* 8.
n. 9. ff. Struv. S. I. F. c. VI. §. 26. n. 3.
(nn) *arg.* L. 32. §. 2. & 3. ff. *de Usu & Usufr.* leg. L. 5. §. 1. ff. *de*
Reb. cor. L. 4. §. 7. ff. *de Censib.*
(oo) *Seç.* I. §. ult.

linas quoniam plenam proprietatem regalibus Principum adscribendas esse facile colligitur. (pp) Indeque quod nonnulli Jura Romana hac in parte adhuc vigere putant, tum demum admiserim, si lex vel consuetudo loci suffragatur. (qq)

VI.

Complectitur ergo Jus Salinarum in sua plenitudine spectatum (I) potestatem propria impensa instituendi salinas, & exercitium hujus rei vel gratis vel sub certo canone concedendi: Qui canon salinarius non præcise decima esse debet, (rr) qualis ne quidem in metallis ex juris quadam præfinitione, sed minor sæpe præstatio exigitur; (ss) Non minimam hæc materies lucem recipiet, ex insigni Responso Dni. de Lynker publico collegii nomine perscripto, (tt) unde quædam hic retulisse haud incongruum fore persuasi sumus: Gleich wie auch solchen falls/ da ein Saltzwerc in einem fundo privato sich ereignet/ so wohl als bey den höhern Schätzen des Landes/ an Metallen/ einem Landes-Herrn allerdings frey steht/ ob er den Genuss eines solchen emolumenti oder regalis seinen Unterthanen/ auch in perpetuum überlassen/ und dagegen einen gewissen canonem oder Zins nehmen will. Nam hoc in metallis, maxime his, quæ imperfecta sunt, ut

(C) 2

are,

(pp) v. Sixtin. & Bocerus d. l. Rumelin. c. diff. ibique Mylerus in Ad-dit. th. 10. lit. a. Struv. laud. loc. ubi hanc sententiam congruere ait textui II. Feud. 56. & cum primis constitutioni Henrici VI. ap. Goldast. Constit. Imperial. Tom. III. fol. 362. imo consuetudini Germaniæ add. Thulemar. de Oefovirat. c. 19. §. 1

(qq) Conf. Dn. Hertius sep. laud. Diff. de superior. terr. §. 46.

(rr) Dn. de Seekendorff. de Stat. Princ. Germ. P. III. c. 3.

(ss) Rauchbar. l. qu. 22. Buxtorff. ad A.B. Concl. 89. Br. ad L. 3. C. de Metall.

(tt) Inter Consilia & Responfa IX. n. 21. 22. ff.

are, ferro, stanno, plumbo, & facilius in mineralibus, sale, nitro, alumine, videmus quotidie receptum esse, ut contradicere non liceat, add. Ziegl. *L. II. de Iure Maj. c. 19. §. 16.* ceu quidem & regalia, aut saltem integra regalium utilium seu minorum emolumenta, concedi solere privilegio, consuetudine, usu longinquo & investitura, privatis concessa & irrefragabilis experientia loquitur: quam subvertere non potest captiosa illa, quod privati regalium capaces non sint, sententia. Nam hoc permiserint utique Dominis Vasalli; modo dominio & commodis utantur regalium, quocunque etiam nomine illa insigniantur. So wohl auch in denen höhern Metallen / sonderlich aber in denen Silber Bergwerken / die die Herrschafft denen privatis als Bergwerken / gewisse Theile oder Rucksen in substantia einräumet / und davon ein mehrers nicht / als einen censum und den Vorkauff am Silber / wie in veteri Imperii Romani jure sich vorbehält / ceu experientia firmat. J. Knichen *de Saxon. non provoc. jure c. V. n. 126.* Heig. *P. 1. qu. 14. n. 42. ff.* Nec tamen Rosenthalii traditio *c. V. concl. 89. n. 2.* qua antiquam dispositionem Romanam, ut Dominum territorii, si quæ metalla in privatorum fundis reperiantur, horum dominis decimam inde pro reditu solvere oporteat, ad salinas applicare vult, (cum tamen id, ne in metallis quidem ac lapidibus amplius obrineat) recipi potest. Und über diß der Landes Herr einem jeden / daß derselbe / gleich er selbst / der Landes Herr / benächtigt ist in alieno cujuslibet privati fundo, schurffen möge / erlauben kan. Rosenth. *d. c. V. concl. 90. n. 30.* Heig. *27. V. S. Gohst. Landes Ordn. P. 2. t. 5. cum simil.* Quod & Juri Romano congruit. *l. 3. l. 6. C. de Metall.* An einigen Orten aber die

die unvollkommene Metallen / auch gar einem jeden privato in seinem Grund und Boden zu suchen frey und ohne einige præstation, so die Herrschafft sonst davorn zu nehmen berechtiget seyn möchte / überlassen wird. Rauchbar. l. qu. 22. & Carpz. II. Const. 53. Def. 2. n. 10. Def. 3. n. 3. Also / ist daß denen privatis insonderheit ganze Saltz- Wercke / in dem Ihrigen nachgegeben werden könne / und daß solches auch würcklich geschehe außser allen Zweifel / Heig. r. qu. 38. Carpz. d. def. 2. Worunter nicht weniger dem Landes-Herrn bey Erziehung dergleichen Wercke zu gefallen steht / ob er nicht denen privatis solche gar ohne einiges Entgelt überlassen und heimgenben wolle. Id. Carpz. d. Const. 53. def. 1. n. 9. Coler. dec. 98. n. 17. ibique Jac. Schultes. Hæstenus Lynkerus. Comprobant id ipsum quoque vel sola jura Salinarum Hallensium, quæ ab Archi-Episcopis, Capitulo Magdeburgensi id ratificante, civibus Hallensibus partim in feudum tributæ, partim verò mensuræ episcopali destinatæ, hac lege iisdem concessæ, ut aliquotam saltem partem iudem Archi-Episcopo pendant, reliquum autem sibi servant & lucrentur, daß sie ihm die gewöhnliche Ausläuffte etliche Pfannen zu versieden haben. (uu) De nova Sulcia Lunæburgensi sub Johanne Duce Brunsvicensi detecta huc pertinentia quoque legimus, in veteri quodam libello MSto de Salinis Lunæburgensibus. (ww) *Novam Salinam fodit & invenit Johannes Dux de Bronsvik, eamque Prælati & Capitularibus cæterisque designavit, pro qua dabunt ei, qui redli-*

(C) 3

(uu) ArchiEp. Ernesti Regim. Ordn. de A. 1479. Heig. P. I. qu. 14. n. 29. 30. ff. Klock. de Arar. L. II. c. IX. n. 9. Hondorff. eleg. qpulc. von Hall. Saltzw. c. III. p. m. 6. conf. infr. Sect. III. §. 2.
 (ww) citat. a Sagittario de Orig. & Incr. Sulo. Luneb. §. 20.

reditus habent in Salina, in antiqua Salina de quinquaginta domibus in ipsa constitutis centum & quinquaginta choros Salis, in quolibet flumine, ita videlicet quod de ipsis quinquaginta domibus tres choros Salis de una quaque domo in quolibet flumine. Idem resignavit omne jus & potestatem dominorum in Bominge, & eligendo Magistratum putei. Item pro gratia & favore & pro telonio in nova Salina, quod ibi de Sale accipere consuevit penitus removendo Prælati caterique habentes bona in Salinis eidem Duci mille octingentas marcas examinati argenti exsolverunt. Actum A. Dni. MCCLXXIII. in die Viti. Hinc reditus Salinarum absque speciali Principis concessione, privilegio atque investitura nemo in suo fundo sibi vindicare potest. (xx) Imo nec Salinarum possessoribus pretium Salis pro lubitu vel augere vel minuere licet, (yy) adeo ut quamvis jus statuendi pretium Salis pacto, privilegio vel longissima consuetudine fuerit acquisitum; Principi tamen nunquam non supersit suprema directio atque provisio, ne salinatores in definiendo salis pretio justitiæ & æquitatis limites excedant. (zz) Habemus ea de re in Constitutionibus harum terrarum elegantem textum in dem Landtags Abschyd zu Salzthalum de dato 3. Junii A. 1597. Zum fünfzehnten das Wage-Geld betreffend / wird dasselbe / welches wider alt Herkommen den Gewercken zum Nachtheil aufgesetzt / zu Schönningen / Salzthalum / und in andern dergleichen Salzwercken / vermög Hochz

(xx) Heig. P. I. qu. 13. n. 30. Sekendorff. de Stat. Princip. Germ. P. II. c. III. n. 11. add. III. Stryk, de Jure Princ. subterr. c. III. n. 19.
 (yy) Richter Vol. II. Conf. 144. Quatenus quilibet rerum suarum sit moderator & arbiter in primis in venditione victualium & salis.
 (zz) Conf. Hondorff. vom Hall. Salz, c. 19. p. 108. ff.

Hochgedachten Fürsten Herzog Julii, deswegen was bey S. F. G. Zeiten aufkommen/ daß dieselben solches wieder abschaffen wolten/ aufm Landtage zu Sandersheim beschriebener Erklärung billig abgeschafft/ aber zu Saltzlieben Halle/ und in den Saltzwercken/ alda den Gewercken weder ab noch zugehet/ dem gnädigen Landes = Fürsten auf diese oder andere billige Maß den Saltz = Verkauf zu verhöhen/ wie imgleichen einem jeden das Saltz alda und in solchem Wehrte zu verkauffen oder nicht/ nicht unbillig frey und zugelassen. (aaa) Cæterum etiamsi omne jus in bona salinarum quoad primam originem a concessione Principum derivandum esse, ex dictis facile appareat: attamen quæ de jure quæsito sine iusta causa per Principem non tollendo in genere alias a DD. adstrui solent (bbb) ad bona salinaria procul dubio quoque pertinent. Unde facile elucescit, quid de quæstione illa: An Princeps pro lubitu veterem canonem salinarum ante præstari solitum augere, vel alia ratione salinarum possessores gavare queat? dicendum sit; (ccc) Imo ex iisdem principiis quæstionem: an dominus feudi scaturigines salinarias alias pereuntes die sonst wegfließende Edele invito vasallo in suum & fuorum usum converterere possit? negative deciderunt J.Cti Jenenses & Wittebergenses A. 1679. VII.

(aaa) add. Fürstl. Br. Lüneb. Wolfenb. und Dannenb. theils Tax: Ordn. z. 25. vom Saltz, H. Christians Tax: Ordn. de A. 1621. §. 34. Ser. H. G. W. Edikf. und Verordn. wegen Abschaffung des fremden Saltzes de A. 1685. d. 28. Aug. & 1687. d. 26. Nov. inf. conf. Ord. Prov. Saxo Gorb. P. II. C. 3. tit. 28. vom Saltz = Handel.

(bbb) v. Grot. de I. B. & P. L. II. c. 14. §. 6. 7. ff. ibique Comment. Vasquius L. I. Controv. III. c. V. in pr. & L. I. Frequent. Controv.

Covarruv. III. Refol. 8.

(ccc) v. D. a. de Lynker. laud. Respons. IX.

(II) Ad regale salinarum jus quoque pertinet potestas constituendi præfectos & magistratum salinarum, uti die Saltz-Gräfen/ Ober- und Unter Born-Meister/ Soet-Meister/ Baar-Meister/ Bente-Meister/ Ober-seggers &c. & judicia salinaria instituendi Germ. die Thal-Gerichte / (ddd) vel collegia administratorum commercii salinaris vulgo Saltz-Contoirs. Quoad salinas Lunab. non prætereunda hic provida laudatissimi Ducis Johannis cura, qua novos magistratus instituit a tot seculorum decursu in hunc diem durantes. Audiamus denuo MS. Chronicon adductum a Sagittario: (eee) *Sub hoc Principe (Johanne) quoque statutum, ut uni ex senatoribus, qui tantum magister salinae quoque sit, vulgo Saltz-Meister/ salinae cura, cum singulari juramento singulis annis committatur cum titulo Magistri putei Soet-Meisters/ ut sit quasi iudex, & Magistratus salinae, & interea ab omnibus aliis officiis civilibus immunis & liber. Et paulo post: Præterea quoque ordinatum, ut singulis annis duo ex Magistris Salinae eligantur, cum titulo Bar-Magistrorum, quorum officium esse debeat, ut publicae utilitati provideant, & præscribant, quo pretio salvendi debeat, & quo tempore exportari, & in qua loca. Et tandem sub hoc Duce quoque ordinatum, ut alius ad huc deputaretur officarius cum nomine Buthimagistri, cujus officium esse deberet, ut singulis annis prospiceret atque curaret, ne lites ratione salinarum bonorum orirentur, sed æqua distributione inter magistratos salina eas lites præcaveret.* De Judi-

(ddd) ad fora privilegiata referri solita v. B. Dn. Consil. Engelbrecht. Comp. Juri. prud. tit. de Judic. §. 3. Dn. Berger. de foror. singul. §. ult. (eee) sep. laud. Dissert. de Orig. & Incr. Sulc. Lunab. §. 2a.

Judiciis Salinariis Hallensibus denen Thal-Gerichten/
 notabilis locus in Archi-Episc. Ernesti Thal-Ordn. de
 A. 1482. Es wäre vergebens und umsonst Gesetze und
 Ordnungen zu machen / wo der nicht auch Gericht
 und Recht gegeben / damit die Gerechtigkeit erhalten /
 und Mißthat / Ubertretung und Bosheit gezwungen
 und gestraffet würde; Darum denn von den vorigen
 Erz-Bischöffen ein sonderl. Gerichte und freyer
 Schöppen-Stuhl im Thale / mit einem Grafen als
 Obristen und Richter / und zwölf Schöppen ge-
 macht / gesetzt und geordnet. *Personas ex quibus*
hoc Judicium constat, causas huc pertinentes, mo-
dum constituendi hos officiales adductis simul eorum
juramentis satis fulse iterum enarrat Hondorffius (fff)
 in cujus messum nolo hic furaces immittere falces.
 Est præterea Halæ usitatum judicium, quod censorium
 Rüge-Gericht / Bott-Geding vocatur, & quotannis
 duabus vicibus stato die celebratur, eo fine, ut quilibet
 in salinis operantes delicta perpetrata omnia salinarum
 præfectis sub sacramento denunciaret. (ggg) Vocata
 hæc judicia a Rügen quod in lingua germanica signifi-
 cat, denunciare, accusare, ad illum finem ut magistratus
 (D) de-

(fff) Von Hall. Saltzw. c. 20. 25. 26. 28. 29. *Et in Append. p. 45. Et ff.*
add. Revers des Nahts von Halle de A. 1499. der Gerichte halber bin-
nen der Stadt daselbst: in. Reces zwischen dem Nahte und Salz-
Gräfen zu Halle, eines Eingriffs halben in die Thal-Gerichte in ead.
Append. p. 21. Et 25.

(ggg) Conf. Hondorff. cit. c. 29. ubi ArchiEp. Ernesti Thal-Ordn. hanc
 in rem iterum adducit & in Append. p. 53. Et ff. ubi habetur. Eine
 Nachricht, wie jetsiger Zeit das Bott-Geding oder Rüge-Gericht im
 Thale geheget wird. add. Duc. August. Postul. ArchiEp. Magdeb. gnäs-
 digst ratificirte und confirmirte Articul, so nach Anleitung der Thal-
 Ordn. bey dem hergebrachten Bott-Geding und Rüge-Gerichten allen
 im Thale zu Halle arbeitenden vorzulesen.

denūnciatione audita inquirat. (hhh) Saxonice wrogen/
einwrogen/ wrügen/ einwrügen. (iii) Ita Nüge-Gra-
fen dicti olim Comites a Dassel, quorum familia desit
A. 1329. (kkk)

VIII.

(III) Ad jus Principum circa salinas referenda po-
testas quoque condendi Leges & ordinationes salinarias
Germ. Salz-Ordnungen/ Pfänder-Ordn. Illustrant hanc
rem varia documenta, quæ opusculo suo von den Hall.
Salzw. atroxit sæpius laudatus Hondorffius. Pertinet
huc quoque die erneuerte Pfänder-Ordn. der Stadt Halle
d. A. 1644. die Franckenhaußische Salz-Ordn. de A. 1600.
Privilegia und Statuta des Salz-Wercks zu Salzhungen
de A. 1324. quæ constitutiones ap. Fritschium habentur
(III) & supra jam tum sunt adductæ. (mmm) Item Se-
renissimi Augusti Postulati Administratoris ArchiEp.
Magdeb. Ordn. wie es in dem Thal-Gerichte zu Halle
von den Pfännern Salz-Gästen und Fuhrleuten/ inson-
derheit aber den Salz-Würckern/ Born- und Hallknech-
ten/ Jöppern/ Trägern/ Wägen und Karn-Ladern/ auch
Stöppern und andern hinführo gehalten werden soll de
A. 1655. (nnn) Ej. Seren. gnädigste ratificirte und con-
firmirte Articul, so nach Anleitung der Thal-Ordn. bey
dem hergebrachten Bott-Geding und Nüge-Gerichten al-
len im Thale zu Halle arbeitenden vorzulesen (ooo) it.
Ej.

(hhh) v. Schottelius *de singul. & antiqui in Germ. jurib. & observ. c. lX. §. 9.*
(iii) Fürstl. Braunsch. Landes-Ordn. art. 104.
(kkk) v. Leznerus L. I. c. I. der Dasselischen und Einbeckischen Chronik.
it. Chronik. Walkenredense, quod Ekstormius edidit. p. 302.
(III) De Regal. Salin. Jure P. II. (mmm) Sect. I. §. 6.
(nnn) Quæ habetur in Volum. Constit. Magdeb. Beatiff. Administ. Dic-
tis Augusti p. 963. & ff.
(ooo) v. Ejusd. volum. p. 105. ff.

IX.

Supereſt ut de monopolio falis videamus. Ubi quidem non defunt inter eruditos, qui id ipſum ſomnopere improbare annitantur (ppp) idque argumento textuum Juris civilis & Receſſuum Imperii. (qqq) Interim ſicut non video, quid monopolia, in genere inhoneſti & contra naturalem æquitatem contineant, (rrr) ita hanc monopolii ſpeciem non immerito alii defendunt (sss) ita ut ſummus Princeps per edicta pœnalia in ſuo territorio mandare poſſit, ne alius ſal vendat, imo ſuo non alieno ſale ſubditi utantur. (ttt) Exempla hanc in rem ex Thuanò (uuu) aliisque adducit Dn. Strykius (www) & Fritſchius (xxx) Præterea vero illuſtre plane hujus rei documentum habemus nobili illo privilegio Imperatoris Sigifmundi Sereniſſimæ ac Potentiſſimæ Domui Brun-

(D) 2

Brun-

- (ppp) v. Bodin. *de Rep. L. VI. c. 2. p. 107.* Cancer. *Var. Reſolut. c. XIII. n. 256.* & ſſ. aliique plures evocati a Klockio *de Contrib. c. 1. n. 350.* add. Ripa *Tr. de Peſte tit. de Remed. ad conſervand. ubertatem.*
(qqq) *L. un. C. de Monop. R. I. de A. 1548. tit. de Monopolia und ſchädlichen Vorkauff belangend de A. 1500. 1566. 1570. 1577.* Dn. Stryk *de Jur. Princ. ſubterr. c. III. n. 10.*
(rrr) *Conf. e Jur. Natur. ac Gent. Interpr. Grot. de J. B. & P. L. II. c. XII. §. 16.* ibiq; Teſmarus *Pufend. de J. N. & G. L. V. c. V. §. 7.* ibiq; Dn. Hert. & c. J. C. iſ. Mevius *P. I. Dec. & Conf. 6. quod annexum Comm. ad Jus Lubec. Marquart. de Jure Comm. L. IV. c. 7. Fritſchius ad L. un. C. de Monop. c. 10.*
(sss) *Abbas in cap. Sup. quibusdam de V. S. Bertazoll. Vol. II. Conf. 281. n. 8.* Klok. *de Erario L. II. c. IX. n. 18.*
(ttt) v. *Abbas d. l. Alciatus in tit. Quæ ſunt Regal. II. Feud. §. 6. verb. ſalinarum* & in *L. Inter publica ff. de V. S. tr. Conf. 117. n. 10.* Fachin. *L. I. Conf. 6. n. 7.* Heig. *P. I. qu. 14. n. 23.* Dieter. *ad A. B. c. 9. ad verb. talia poſſideri.*
(uuu) *L. V. Hiſtor. ſui temp. p. m. 153.*
(www) *De Jure Princ. ſubterr. c. III. n. 17. 18.*
(xxx) *De Regal. Salin. Jure c. IV. n. 18. 19. & 20.*

Brunsvico Luneburgicæ tributo, quod uti ante aliquot dies in authentica forma inspicere mihi datum; ita integrum hic inferere operæ pretium esse existimo:

Sigismundus Dei Gratia Romanorum Rex semper Augustus, ac Hungariæ, Croatia, Dalmatiæ &c. Rex Ad perpetuam rei memoriam notum facimus tenore præsentium universis. Sicut supremi dispensatione consilii, & æterni principis digna providentia, Celsitudo Romana Regia cæteris statibus antefertur; sic etiam singularis inclinatione favoris, & quadam uberioris gratiæ prærogativa, ad nostrorum & Imperii Sacri principum libertates, jura optataque commoda conservanda, zelo benignitatis innata velut ex quodam debito tenemur intendere, ut non solum profit eis, sed etiam his omnibus, qui sub ipsorum defensione principum consistunt, ac eorum ordinationibus, Juribus & statutis salubriter gubernantur. Sane dudum ad regiæ nostræ majestatis pro parte illustrium Bernhardi, Ottonis & Wilhelmi Ducum Brunsvicensium & Luneb. consanguineorum & principum nostrorum dilectorum audientiam deducto; Quod nonnulli homines vicinarum partium prædictorum suorum ducatum, ac etiam intra ipsos constituti; Qui cum aliorum jactura locupletari cupientes contra eosdem principes & ipsorum subditos, ac etiam contra prælatos ecclesiarum, monasteriorum, pia loca ac ecclesias, personas seculares & regulares, redditus & proventus salinares in salina oppidi Luneburg, ad præfatos duces spectantis, habentes, quibusdam adinventionibus suis conati sunt hujusmodi redditus ecclesiarum, monasteriorum & personarum prædictarum, in ipsorum enorme præjudicium, per indirectum minuere ac novas vias & passus terrarum & aquarum inconsuetas & inusitatas construere & facere, per quas & quos sal de partibus exteris, cum tamen adinventores ipsi proprias salinas feu therimas aut mineras salinares non habeant, possent in commune damnum salinæ Luneburgensis, ecclesiarum, monasteriorum & personarum prædictarum ad partes prædictis ducatus & dictorum Principum vicinas ac etiam per ducatus ipsos,

pfos, de prope adducere, & abinde ad partes maritimas per
 terras & aquas deducere, quanquam hoc a tempore, cujus
 contrarii non est memoria hominum, fuerit inconsumetum.
 Sed de antiqua & approbata, & hactenus pacifice observata,
 & legitime præscripra consuetudine, sal Lunenburgense dun-
 taxat de prædictis ducatus & locis ibidem vicinis ad partes
 maritimas deduci consuevit. Absque eo, quod sal aliud quod-
 cunque per ducatus & terminos prædictos ad partes maritimas
 deducere, cuicunque prorsus licitum fuerit impune aut con-
 cessum. Quinimo Duces prædicti, & eorum progenitores &
 prædecessores ecclesias, monasteria, & alias personas, eccle-
 siasticas & seculares, in præfata salina Luneb. redditus & pro-
 ventus obtinentes ad honorem Dei, & divini cultus conserva-
 tionem, & sustentationem prædictarum, in hujusmodi anti-
 quis libertatibus, & observantiis longævis hactenus magnifi-
 ce manutenuerunt & conservarunt, ac Consulibus & civibus
 dicti oppidi Luneburg, omnes & singulos contra libertates &
 observantias prædictas quicquam præsumentes, auctoritate du-
 cum prædictorum, in rebus & personis punire licuerit & li-
 ceat. Ordinatunque per Duces Luneburg. ab olim exiterit,
 quod ad publicationem & insinuationem libertatis & obser-
 vantia prædictarum, ne ipsarum ignorantia prætendi possit,
 singulis annis, in judicio dictorum ducum peremptorio in Lu-
 neburg, quod proprie Eddach dicitur, ter in anno, cum hu-
 jusmodi judicia de more ibidem celebrantur, & ubi multitudo
 tam indigenarum quam extraneorum convenire dicuntur, pu-
 blicari & pronunciarum consueverint. Et, quod contra venien-
 tes periculum personarum ac rerum sustinere debeant. Præ-
 fatique duces laudabilibus progenitorum & prædecessorum su-
 orum vestigiis inhaerentes, libertates & observantias prædictas,
 similiter ad honorem Dei, & conservationem & sustentatio-
 nem prædictar. adjectione pœnæ juvantes, contra adinventores
 prædictos ordinatione perpetua statuerint, ordinaverint & man-
 daverint, ac sub infra dictis pœnis universis & singulis, cu-
 juscunque conditionis aut status existant, inhibuerint, ne quis-
 quam hujusmodi novas vias & passus, per terras seu aquas,
 (D) 3 in

in ipsorum ducatus, vel de prope constituere aut facere praesumant, aut sal aliud quodcumque, quam Luneburgense duntaxat, de quibuscunque partibus, per castra, civitates, oppida seu villas ducatus ipsorum, per terras aut aquas, per se aut alios deducant seu deduci faciant, quod abinde ad partes maritimas deducatur. Et insuper advocatis & Justitiariis suis, nec non officialibus theoloniariis ducatus praedicti districte & sub obtentu favoris sui praeeperunt, ne hujusmodi ductionem fallis extranei fieri permittant aut dissimulent, publice aut occulte. Quodsi forsan aliquis seu aliqui praemissorum transgressores reperiantur, velint praefati duces, & eorum officiales praedicti, autoritate praedictorum ducum, debeant, nec non Consules & cives Luneburgenses praedicti, per se aut per alios, autoritate propria super hoc ipsis per dictos duces, perpetuo concessa, possint, ducentes & tractantes hujusmodi sal prohibitum, cum curribus, navibus, & rebus eorum, tanquam merces prohibitas, inter ducatus praedictos & in locis vicinis comprehendere, & tanquam res transgressas quae proprie *verwarend* Gut dicuntur, profuis, infra scripto modo, sibi licite retinere, & transgressores praemissorum arbitrarie punire, quoties fuerit opportunum. Hoc adjecto, quod si per solos duces, seu officiales eorum praedictos, hujusmodi comprehensionem personarum & rerum facere contigerit poena transgressorum & res transgressa ad ipsos solos duces; Si vero solum per Consules & cives praedictos, comprehensio hujusmodi personarum & rerum prohibitarum facta fuerit, seu per utrasque partes, aequa divisione res hujusmodi & poena transgressorum ad utrasque partes, salvis expensis forsitan per aliquam partium praedictarum ob hoc specialiter factis, debeant pertinere. Quod si forsitan ducentes praedictum sal prohibitum vi aut clam cum hujusmodi mercibus prohibitis evaserint, voluerunt praefati duces, quod ipsorum officiales, ac consules & cives praedicti; possint conjunctim vel divisim opportunitate capta, transgressores ipsos inter terminos praedicti ducatus, seu alias ubicunque repertos postmodum arrestare, & compellere ad satisfaciendum de valore rerum hujusmodi prohibi-

ta-

tarum & abductarum, ad æstimationem medio ipsorum juramento faciendam, cujus satisfactionis medietas ducibus, & reliqua medietas Consulib. Luneb. debeat obvenire. Quodque dicti duces, & alii subditi eorum, per Consules & cives Luneburgenses debite requisiti teneantur ad executionem præmissorum totiens quotiens opus fuerit, dare opem & operas efficaces. Nec Consules & cives prædictos in executione præmissorum quomodolibet impedire. Supplicatoque nobis pro parte præfatorum ducum, & aliorum prædictorum, quorum commodum præmissa continere videntur: Quatenus præmissa omnia & singula, ac alia privilegia a quibuscunque principibus Ecclesiasticis & secularibus, super libertatibus & observantiis prædictis concessa, ex innata nobis benignitatis clementia, auctoritate Romana regia rata & grata habere, & approbare ac confirmare, & adjectione poenæ juvare generosius dignemur. Nos igitur attendentes ad honorem & decus imperii, & ad laudem pertinere Romani Regis, his, quæ a principibus nobis, & Sacro Romano imperio subjectis, pro conservatione iurium suorum, & subditorum ipsis, & præcipue pro Ecclesiarum, Monasteriorum, aliorumque piorum locorum utilitatibus provide statuuntur & ordinantur, Regiæ nostræ firmitatis robur adijcere, ut semper intemerata permaneant, & illibata consistant, cum nostri culminis præsidio fuerint conjuncta. Quapropter de præmissis omnibus & singulis sufficienter edocti, nos omnes & singulas ordinationes præmissas, & alia privilegia prædicta, quæ pro sufficienter expressis hic habere volumus, super his concessa, grata habentes & rata, & ea, sicut rite & rationabiliter ordinata & facta sunt, Auctoritate Romana regia, & ex certa nostra scientia approbamus & confirmamus, ac præsentis scripti patrocinio communitimus. Et insuper de plenitudine potestatis regiæ de novo concedimus, ac inhibitionem constructionis viarum novarum passuumque, nec non ductiones seu evectiones dicti salis prohibiti per omnes terminos prædictorum ducatum, juxta omnem modum supra dictum extendimus. Omnem quoque defectum, si quis forsân in præmissis aut eorum aliquo repertus fuerit, emendamus totaliter

& supplemus. Nulli igitur omnino hominum liceat hanc nostram confirmationis & approbationis paginam infringere, seu ei temerario ausu quomodolibet contravenire, sub pœna sexaginta marcarum auri purissimi, quam quilibet, qui secus attemptare præsumserit, totiens quotiens factum fuerit, eo ipso se noverit irremissibiliter incursum. Quarum medietatem regali nostro arario, residuam vero partem prædictorum principum, injuriamque pastorum usibus pro aqua portione decernimus applicandam. Et nihilominus universis & singulis nostris ac sacri Imperii fidelibus, ejuscunque dignitatis, præminentia, status aut conditionis existant, præsentibus requisitis, conjunctim vel divisim, districte præcipiendo mandamus. Quatenus prænominaus Ducibus Luneborgensibus & eorum Successoribus, nec non consulibus & civibus Luneb. communiter vel divisim, in executione omnibus aliis & singulis articulis præmissis auxilio consilioque & favore fideliter assistentes, eosdem Duces & consules atque cives in præmissis, seu aliquo præmissorum, nequaquam impediant, aut impedire faciant, per se vel alium seu alios, publice vel occulte, directe vel indirecte, sub pœna præmissa sexaginta marcarum auri, quam quisquis, qui secus attemptare præsumserit, totiens, quotiens hoc factum fuerit, eo ipso se noverit irremissibiliter incursum. Quam quidem pœnam ad usus prædictos similiter applicamus. Ceterum executionem præsentium quoad omnia & singula præmissa, ne frustrentur effectu, eisdem Ducibus Luneborg & eorum hæredibus & successoribus, nec non consulibus & civibus prædictis & eorum posteris conjunctim & divisim, tenore præsentium perpetuo committimus, & autoritate Rom. regia, totiens quotiens opus fuerit, exequendi plenam tribuimus facultatem. Nostris tamen & Imperii Sacri superioritate juribusque in præmissis omnibus semper salvis; præsentium, sub nostræ Majestatis sigillo, testimonio literarum. Datum Constantia anno Domini millesimo quadringentesimo decimo septimo, vicesima octava die Junii, Regnorum nostrorum anno Hungariae &c. tricesimo primo, Romanorum vero septimo. (yyy)

Pertit-

(yyy) Edidit hoc diploma quoque inter alia documenta *Anno Silvii*



Pertinent huc etiam Seren. Divæ Memoriam Ducis Georgii
 Wilhelmi Constitutiones & Edicta wegen Abschaffung des fremb-
 den Saltes. (zzz) Alias in multis quoque Germaniæ locis usi-
 tatum, ut civitate, jure vendendi salis perfruantur, daß die
 Städte den Saltskauff haben / und nicht die Vdiffer. Videantur,
 quæ hanc in rem haud ineleganter deduxit Fritschius (a) qui
 ipse quoque hanc prohibitionem ad nobiles illos extendit,
 qui immemoriali præscriptione (addimus, vel alio titulo) hoc
 jus non acquisierint. (b)

SECTIO TERTIA

DE

JVRE PRIVATORVM CIRCA
 SALINAS.

SVMMARIA.

- | | |
|--|--|
| <p>§. 1. De modis acquirendi bona sa-
 linaria.</p> <p>§. 2. De divisione fontium salina-
 riorum.</p> <p>§. 3. De divisione casarum & do-
 mium salinariorum.</p> <p>§. 4. De jure bonorum salinariorum
 circa actus inter vivos &
 quid sit vesesen? Pfannen?
 Wercken? Lust? Gut?</p> <p>§. 5. De concessione sartaginum um</p> | <p>die Ausläuffte, & qualis sit con-
 tractus? queque differentia inter
 hos, redditus, & alios vocatos
 Rothspenson, & denique Pfänner-
 Gewinst.</p> <p>§. 6. De jure bonorum salinariorum
 circa actus ultime voluntatis &
 success. ab intest.</p> <p>§. 7. Mantissæ loco adjicitur nobile
 testimonium Ammiani Marcellini
 de antiquissimis Germaniæ salinis.</p> |
|--|--|

I.

Perduxit nos ordo ad jura privatorum circa salinas enucleanda. Ubi quoad modos easdem acquirendi tanta pro varietate locorum occurrit
 (E) diver-

*historiæ Friderici III. Imp. subiecta Kulpilius p. 2. §. ff. vel. (cujus no-
 men postmodum frontispicio præmisit bibliopola,) Jo. Schilterus.
 (zzz) Quæ inveniuntur adjuncta der Zeltischen Posten-Ordn. c. 26.
 (a) Tr. de Monopolioc. X. n. 7. & de Regal. Salin. Jur. c. IV. n. 10. & ff.
 (b) d. l. n. 15. add. Tabor de Jure Cerevis. c. III.*

diversitas, ut de iis in genere quicquam pronunciare haud valeamus. (c) Alicubi enim sub specie quadam feudi solent concedi. Ita Archi-Episcopi Magdeburgenses vel hodie Rex Poruffiæ Salinas Hallenses feudi jure ac titulo privatis ac civibus masculis tribuit, certa salinarum parte mensæ Archi-Episcopali assignata. Indequæ est, quod bona salinaria omnia ibi in certo, ligno & cera confecto, libro, tribus voluminibus constante vulgo die *Lehn-Taffel* sint consignata, & quotiescunque aliis denuo tribuuntur loco litterarum investituræ voluntate domini feudi, eorum nomina in hunc librum referri debeant, werden ins *Wachs* geschrieben. Evolvatur iterum Hondorffius, (d) qui modum hæc feuda accipiendi & uti vocant das *Abund* *Zu*-schreiben / quantitatem laudemii, imo omnem processum der *Lehn-Taffel* eximie persequitur. Alibi vero salinæ ex privilegio, vel titulo emtionis aliove ut allodiales acquiruntur. Sic quoad bona salinaria Lunæburgensia adverti meretur, eadem non uno, nec uniformi titulo possideri. Alii enim fruuntur propriis bonis salinariis, alii solum conductis, alii utriusque generis bonis. Einige haben Erbeigene *Pfannen-Güter* / andere haben nur allein *Prälaten* oder gemietete *Pfannen* in *Besiedung* / einige haben sie *Pfandes*-weise ein / andere haben theils eigene / theils gemietete / theils *pfandes*-bahre *Pfannen* in *Besiedung*. Salinas Frankenhufanas a civibus ut allodiales sub certa præstatione vectigalis haberi observat Fritschius. (e) II.

(c) vid. Dni. a Seckendorffs *Deutscher Fürsten-Staat P. III. c. 3. von Berg-Salz. n. 11.*

(d) Vom Hall. *Salz-Werck c. XXIII* add. Herold *de Jure Representationis c. V. concl. IV. n. 1. & ff.* ubi eximia præjudicia.

(e) *De Reg. Salin. Jure C. III. n. 15.*

Ut autem plures benedictionis divinæ, quæ ex salinis hauritur, possint esse participes, & iusta fiat aquæ salinaris distributio; ad exemplum metallifodinarum fontes salinarii dividi solent. Sic Halæ Magdeburgicæ quatuor illi fontes salinarii, der Teutsche / Gut-Jahr / Hackeborn / und Meteritz-Brunn in plures partes sunt divisi. Primus in triginta & duas; secundus in duodecim; tertius in quatuor; quartus in duas partes majores sedes, vocatas Germ. Stüle. Quæ iterum dispescuntur in partes minores, seu quartas, Quarten / imo alicubi Nösel / hæque denique in sartagine Pfannen / (f) Explicat hanc rem iterum insigniter Hondorff: (g) Der Teutsche Brunn wird in zwey und dreißig Stüle abgetheilet / ein Stul hat vier Quart oder Viertel / und ein Quart zwölff Pfannen. Et paulo post: Der Gut-Jahrs Brunn hat seine Abtheilung in zwölff Stüle / es bestehet aber ein Stul in sieben Quarten / doch hat jedes Quart gleichfals zwölff Pfannen 2c. Der Meteritz-Brunn hat 4. Stüle / ein jeder Stul 20. Quart / ein Quart aber 2. Nösel / und ein Nösel neunundthalb Pfannen 2c. Der Hackeborn hat nur zwey Stüle / welche nicht in Quarten / wie bey den andern Brunnen / sondern in Nösel eingetheilet werden / ein jedes Nösel siebentehalb Pfannen / eine Pfanne 4. Ort.

III.

Præterea & casæ salinariæ die Sals-Kothen dividi solent, atque certum numerum præfinitum habent. In Salinis Hallensibus casæ salinariæ dispesci possunt in

(E) 2

Prin-

(f) vid. Henning Goden P. I. Conf. VI. in init.

(g) cit. Tractat. c. II.

Principum, Herren-Röthen/ vel civium, Bürger-Röthen. Utræque iterum in majores, medias, & minimas, grosse/ mittel und kleine Röthen. Sunt vero hodie centum & duodecim, eæque aliæ feudales aliæ emphyteuticæ & allodiales, uti hanc rem omnem memoratis singulorum nominibus iterum enucleat Hondorffius. (h) Quædam earum præter usitatum aquæ salinæ proventum certos redditus habent, quædam vero iisdem destituuntur. Vocantur hi redditus Frohnung/ Serente/ quasi gewisse Rente/ & partim iis qui in fontibus salinariis opus faciunt, & ab his redbibus Serentiers vocari solent, tribuuntur, partim in salaria præfectuum, conservationem fontium, & bonorum salinariorum, imo pios quoque usus pauperum, ecclesiarum & scholarum impendi solent. Quo pertinent Ambts-Sole/ armer Rente Sole/ Herrn Gottes oder Pfening-Sole/ unser lieben Frauen Sole/ Schüler-Sole/ Sterbe-Sole/ &c. (i) Lunæburgi inveniuntur *quingenta quatuor domus salinariæ*, quarum cuilibet ab antiquo peculiare nomen inditum. Una quævis domus quatuor habet sartagine plumbeas, in quibus per dies noctesque sal coquitur, ex qualibet domo proveniunt quindecim chori, & quilibet chorus (Wissel) dividitur in tria plaustra (Fuder) & quodlibet plaustrum in quatuor rumpones. (Rumpffe) Sal vero, quod per diem haud distrahitur, in certum locum, die Salt-Räume vocatum, reconditur. Complectitur hujusmodi receptaculum die Räume 18. 20. 30. 60. 70. 80. 90. imo centum choros. In qualibet domo præparantur septem vel octo tonnæ prout aquæ salinæ

(h) Cap. XII.

(i) Idem C. IV. & XII.

ris proventus dives; quælibet tonna continet 60. modios. (6. Scheffel) Aqua vero salinaris, quæ ex puteis profundissimis extrahitur, certis diebus per quinquaginta quatuor illas domus distribuitur. Die Soede hat ihre gewisse Tage/ daß sie vom Soede in die 54. Häuser vertheilet wird/ uff 26. Tage zu einer Pfannen eine Gate/ und die 26. Tage werden eine Fluht (flumen) genant.

IV.

In definiendo jure honorum salinariorum circa actus inter vivos privatis competente ad titulum, quo eadem possideantur, ante omnia respiciendum. Sic Halæ ubi maxima eorum pars titulo feudi possidetur non nisi consensu regiminis Magdeburgensis & agnatorum simultanee investitorum impetrato eadem vendi possunt; imo si pignori vel hypothecæ dantur, consensus ipsius supremi Domini feudi desideratur. Pertinet huc Rescriptum Potentissimi Electoris Friderici Wilhelmi (k) verb. Also lassen Wir den in Eurer relation gethanen unmaßgeblichen Vorschlag Uns in so weit gefallen/ daß wann einige Thal-Güter an einem andern qualifcirten Lehn-Mann verkauffet werden sollen/ alsdenn es disfalls bey der bisherigen observanz gelassen/ und der consens von Euch ausgefertiget werde; wann aber auf Thal-güter ein stück Geldes erborget/ und dieselbe davor verschrieben/ und hypotheciret werden sollen; so muß der consens und die confirmation darüber jedesmahl von uns selbst impetret werden. Dann weil Wir selbst durch dergleichen confirmationes solche Lehn-Schulden auf ein oder andern Fall zu agnosceiren und abzuzuh-

(E) 3

zu

(k) ad Regim. Magdeb. de Dat. Poistam. d. 2. April. 1686.

zuführen verbunden werden; So müssen Wir auch selbst davon billig informiret / und Unsere gnädigste resolutiones jedesmahl darüber zuseherst eingeholet werden. Dicitur in hoc rescripto: an einen andern qualificirten Lehn-Mann verkauft ic. Indequē observandum ut aliquis Halæ jus salinarum der Pfanner / seu facultatem concoquendi salem, eoque negotiandi, das Pfanner oder Pfannerwercks-Recht nanciscatur, requiri, ut sit civis Hallensis, uxoratus, vel viduus, non vilioris conditionis, atque ædes intra pomeria civitatis sitas, & magistratus jurisdictioni subjectas possideat, & inhabitet, imo certam bonorum salinariorum quantitatem teneat. (l) Quare etiam unusquisque sibi de certo & singulis annis per Edictum Regium, das Besatzungs- / patent præscripto numero sartaginum sive propriarum sive ab aliis receptarum prospicere debet, quæ si in promptu sint, in schedula solenni consignantur, & stato die Regiis commissariis exhibentur, quod vocant besetzen / uti designationem ipsam Besatz-Zettul; negotiationem vero illam exercere Pfann- oder Spann-Wercken. (m) Nemo vero sub gravissima pœna sartagines, fictitias, quæ in rerum natura haud sunt, vulgo Luft-Pfannen / Luft-Gut / fraudulentè indicare, vel aliis concedere potest. (n) Præterea hic non prætereundum

(l) juxta Statutum Dn. Administratoris Ernesti de A. 1482. add. Herold. *de Jure Representationis C. V. Concl. V. n. 12. & 13. 14.* ubi notabile præjudicium, & exceptiones quoque adducuntur.

(m) vid. Seren. Administrat. Augusti Mandat. und Verordnung wegen Besatzung der Thal-Güter de A. 1680. Herold. *de Jure Represent. C. V. Concl. V. §. 5. n. 13.*

(n) cit. *Constit. art. 15.* add. Diff. *Sistens aliquot questiones practicas circa jus Salinarum Hallense notabiles* sub præsidio Dn. Bodini habitata qu. 6.

dum *Caput. XLVIII. Ordin. Pol. Magdeb.* von wiederkaufen ad bona salinaria haud applicari, quemadmodum ex sequenti Illustriss. Regim. Magdeb. sententia elucescit: In irrigen Sachen Georg von Löbens seel. Wittbe Klägern/ entgegen und wider Gottfried Jahnen wegen geforderter Herausgebung des Ueberrests was N. 1655. 6. Pf. deutsch mehr als der Zins von 600. Thlr. gelauffen/ geben die Fürstl. Magdeb. re. nach gepflegener Verhör diesen Bescheid/ daß Beklagter gestalten Sachen nach von angestellter Klage zu absolviren. In massen er dann ic. B. N. W. Halle den 8. Martii 1656. Haftenus de salinis Hallensibus. Alibi ubi salinae ut bona allodialia possidentur, liberior quoque est alienandi facultas. Ita Luneburgi vendi, donari, locari possunt. (o) Ut vero aliquis magister salinae vulgo Süß-Meister evadat, ad minimum quatuor sartagines vel proprias, vel ab aliis conductas tenere debet.

V.

Cæterum illud non omittendum, cives Hallenses qui sartagines proprias tenent, neque simul salinatorio jure perfruuntur, aliter his suis sartaginibus uti non posse, quam si concesserint salinatoribus utendas frundas, quod efferunt: si geben ihre Pfannen andern habilen Pfännern in ihre Versted- und Verfassung/ & quidem vor die gewöhnlichen Auläuffte/ id est, pro eo pretio, quod magistratus secundum proportionem salis per annum coëti iustum æstimat, ut in compensationem concessi usus sartaginis persolvatur. Quale vero hic subsit negotium, ea de re & olim, & adhuc hodie multa

(o) Exempla licet satis antiqua leguntur in Eckstormii *Chronico Walckenreden* p. 202. & 262.

ta disputatio. Fuere enim qui idipium societati adscribendum censerent. (p) Alii contractum innominatum hic subesse arbitrati sunt similem ei conventioni, quæ propofita in l. 24. ff. de Præfcript. Verb. (q) Alii denique idem pro contractu locationis habuere. (r) Cui sententiæ quoque eapropter subscribimus, quod omnia & singula requisita hoc negotium habeat, quæ ad formam specificam locationis rei necessaria. (s) Differunt quidem ab his redivibus denen Auslaufften/ illi qui Rothpensionis dicuntur, in eo, quod priores pro concessis farraginibus, posteriores pro locata casa præstentur. Utrique tamen sunt habendi pro fructu rei scilicet farraginis & casæ, & pro sequela & commodo dominii, vel possessionis, indeque dominis farraginis & casæ qua talibus acquiruntur. Alia vero est ratio redditus illius, qui Pfänner-Gewinst/ vocatur. Hic enim pro fructu & emolumento personali gestæ administrationis & confessorio juris habilitationis salinatoriæ haberi debet, neque farragines & casæ ad acquisitionem hujus ultimi redditus aliter faciunt, quam quatenus absque iisdem jus salin. ad effectum deduci, & negotiatio salinatoria institui nequeat. (t) Quænam ad habilitatem salinatorum requi-

(p) vid. Heigius p. I. qu. XIV. n. 20. § 38.

(q) In hac sententia est Heigius d. l. n. 41. § ff. Carpzov. p. II. C. 53. def. 2. Stephani de Jurisd. p. I. C. VII. n. 16. Struvius in Diss. de hoc negotio habita & in Jurispr. Rom. Germ. L. III. tit. XVII. n. 11. it. S. J. C. Exerc. XXXV. ib. 49. Fritschius de Regal. Salin. Jure C. VI. § 6.

(r) Scheffer p. I. qu. VIII. Herold. de Jure Represent. C. V. Concl. IV. §. 10. n. 80. & Consult. Decis. XXXV.

(s) conf. die Magdeb. Policey-Ordn. c. XLVII. §. 6. add. laud. Diss. sub Præsidio Dn. Bodini habita de quæst. aliquot practicis circa jus salin. Hallens. notab. qu. III. §. 3. § ff. ubi fufè satis & solide hoc adstructum.

(t) vid. Herold. Consil. Decisivo. XXXII. ubi ex observata hacce reddituum differe-

requirantur, ea de re variant constitutiones salinatoriæ pro diversitate locorum. De salinatoribus Hallensibus, & magistris salinæ Lunæburg. paulo ante actum. Quænam Stasfurti a salinatore requirantur, ostendit iterum Heroldus. (u)

VI.

Quemadmodum vero quoad jura privatorum circa actus inter vivos in bonis salinariis ad titulum quo eadem possidentur, ante omnia respiciendum esse, antea notatum; ita eadem observanda, quoad actus ultimæ voluntatis. Hinc Halæ ubi maxima salinarum pars, uti subinde monitum, titulo feudi possidetur, valet quidem dispositio testamentaria, quoad commoditatem & utilitatem ex sartaginibus denen Saltz-Pfannen / vel cacabo salinario dem Saltz-Roth / obvenientem, adeo, ut non tantum comprehendat die Ausläuffte / quæ deductis impensis, vulgo nach verschlagenen Thal-Gute / vasallo denen Guts-Herrn debentur; verum etiam den Pfänner-Gewin / dummodo habitas juxta legem & consuetudinem der Pfanner Ordnung adfit. Neque tamen dispositio hujusmodi absque domini feudi consensu directum dominium afficere, neque agnatis simultanee investitis præjudicium asserre potest. (w) In illis vero locis, ubi salinæ ut bona allodialia possidentur, liberam quoque esse per actus ultimæ voluntatis

(F)

differentia notabilem casum decidit. add. tamen cit. Diss. Dn. Bodini qu. 1. in cuius calce insigne attestatum iudicii Salinatorii legitur.

(u) dict. *Consl. Deciso. XXXII. n. 46.* add. die Straßfurtische Pfänder-Ordnung art. 9.

(w) conf. iterum Herold. *de Jure Represent. C. V. Concl. IV. §. 3. n. 30. 31. 32. 41. 42.* ubi præjudicia asseruntur.

tatis de iisdem disponendi facultatem, facile apparet. Sic Lunæburgi testamento relinqui & legari possunt. Quænam vero in salinis sit successione ab intestato ratio, ea de re constitutiones & consuetudines salinariæ singulorum locorum consulendæ, iisque deficientibus jus provinciale, atque commune. (x) Halæ successio ab intestato regulariter secundum gradus prærogativam, vel communem successione feudalem procedit. (y) Quoad lineam vero collateralem dubium oritur ex conjuncta manu, *der gesampften Hand* / sive simultanea investitura Saxonica, quam in salinis quoque receptam esse volunt. (z) Attamen cum jus Saxonicum in Ducatu Magdeburgensi & civitate Hallensi non valeat, nisi quatenus usu receptum probetur, & æquum sit (aa) hinc dicendum videtur, quod etiam in salinis Hallensium *denen Thal-Gütern* / maxime in feudis antiquis, quæ ex pacto & providentia majorum obveniunt, collaterales non obstante simultanea investitura regulariter secundum gradus prærogativam succedant, nisi remotior probare possit, quod jura Saxonica, quæ vi conjunctæ manus omnes simultanee investitos non habita distinctione graduum in capita simul admittunt, quoad successione *der Thal-Güter* in una vel altera familia per pacta successoria & consuetudinem usu recepta sint. (bb) Testatur idipsum præter præjudicia ab He-

(x) vid. *Supra Sect. I. §. 6.*

(y) Qua de re videri potest *Struv. S. I. F. C. IX. 1. 2. §. ff.*

(z) *Uti* decisum bey *der Lehn's Taffel A. 1579. teste Heroldo ctt. Concl. V. §. 4.*

(aa) vid. præjudicium ap. *Herold. d. I. n. 45.*

(bb) *jung. Procem. der Fürstl. Magdeb. Landes-Ordn. de A. 1652. ibi: auch Sächsischen Rechten, so weit dieselben in diesem Erz-Stift an- genommen und gehalten.*

Heroldo allata iterum sententia illustriss. Regim. Magdeb. de d. 10. Junii A. 1658. Weil Carl Andreass N. und Melchior N. selbst gestehen / daß Secret. Jacob N. seel. zu denen von Friederich N. auch seel. verlassenen Lehn und Thal = Gütern proximior agnatus gewesen; so werden dessen Lehns Folger / den gemeinen Lehn = Rechten und Herkommen nach bey solchen Lehn = Gütern nicht unbillig gelassen / Carl Andreass und Melchior N. aber als remotiores darvon ausgeschloffen V. R. W.

VII.

Demum mantiffæ loco iis quæ supra (cc) de origine salinarum Germaniæ sunt in medium allata non possumus non adjicere præclarum testimonium Ammiani Marcellini, scriptoris cordati & gravis, itemque expeditionis in Germaniam susceptæ socii & comitis (dd) diserte tradentis Valentinianum I. quo imperante floruit, *Burgundios in eorum (Alemannorum) perniciem excitasse; & paulo post: salinarum finiumque causa (cum) Alemannis jurgasse.* Licet enim aliqui in Austrasia sive veteri regno Lotharingiæ hos salis fontes quærendos esse velint. (ee) Alii tamen non immerito ab his discessum facientes locum hunc in Francia trans Rhenana apud Salam amnem collocandum esse arbitrantur, (ff) sicuti & locum Taciti supra

(F) 2

rela-

(cc) vid. Herold. *cit. Concl. IV. n. 49. 50.* ubi præjudicia.

(dd) L. XXVIII.

(ee) uti Chiffletius *Vindic. Hispan. C. V.*

(ff) vid. Ægidius Bucherius *in Belgio Romano L. XI. c. II. ad B. noster Conringius de Orig. Jur. Germ. C. VII. & Cl. Schurtzschius Histor. veteris regni populique Burgundiorum §. 5. in not. lit. f.*

relatum de Sala fluvio intelligendum esse, novissime
 censuit Ill. Leibniti^{us}. (gg) Sed hic vela contrahens
 uti haud diffiteor, fertilitatem hujus eximii argumenti
 curatiorem uberioremque praecipue quoad salinas pa-
 trias disquisitionem meruisse, ita hanc ipsam alii oc-
 casioni servandam esse duxi. Quod reliquum Deo
 immortalⁱ pro concessis viribus devotissimas gratias
 agens cum pro aliis Germaniæ salinis tum praecipue
 patriis Lunæburgensibus ardentissima vota nuncupo,
 quo inæstimabiles hi divinae benignitatis subterranei
 thesauri Germaniæ atque tot exterarum gentium bono
 inexhausta semper fecunditate perennent.

(gg) Tomo Scriptorum Rerum Brunsvicensium historia inservientium
 ad Cap. XXX. Taciti Germ. Antiqu. in not. lit. i.



Helmsledt, Diss., 7706-08

X 241 90 83





8/16
X88
1707
26

GEORG. ENGELBRECHT
JCTI
COMMENTATIO
DE
J V R E
S A L I N A R V M
VVLGO:
Sulzen, Salz-Wercken.



EDITIO NOVISSIMA.

————— (5½) —————

HELMSTADII
EX OFFICINA SCHNORRIANA.
MDCCLI.

